



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quid requiratur ad Denuntiationem Excommunicati expediendam? §. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

d.11. sec. 1. lum, vel gravem iacturam, Missam audire,
 n.4. lo. Sæ. & celebrare, nec fiet Irregularis. Hæc Sab.
 chez in sel. Verum addenda omnino sunt duo necessaria
 d.32. n.2. documenta.
 Paus. cêt. 3. 9. Nam Primo, præter statum gratiæ,
 q.28. multus cujus jam meminimus, octavo debet interim,
 tos citans. adhibere omnem diligentiam moralem, qua
 Vers. tr. 8. procuret Absolutionem, vel Dispensatio-
 nem.
 q.mo.28.n. 10. Secundò Intelligat ejusmodi Censura-
 6. Aul. p.2 tus tot actiones prohibitas licere ipsi tunc ex-
 c. 6. d.8.5. ercere, tot v. g. Missas celebrate, quot sa-
 Lessan. V. tis sunt, prudentis arbitrio, ad vitandam in-
 irregul. n. famiam: in id intelligat, etiam ipsi incumbere
 ss. & V. curam inventiendi modum diminuendi, quanti-
 Excommū. tun, sine gravi incommmodo potest, actiones
 n.7. Batuni prædictas, prætexendo v. g. moribum, peregrina-
 in castiñus nations, occupationes urgentes, &c. vel
 singul. f. transmigrando, si potest, in locum alium, &c.
 mibi 279. Ratio est manifesta; quia solum eam licentiam
 b Sæ. V.Ex. ipse habet, quando uigetus periculo gravi: At
 commun. gravi periculo non urgetur, qui ejusmodi
 n.7. mediis, sine gravi suo incommmodo potest uti.

CAPUT III.

Explicantur aliqua de Excommuni- catis vitandis.

Cum multa dicant Doctores de Ex-
communicato Vitando, id est, nomi-
natum denuntiato, deque Publico
percussore Clerici, hic aliqua pauca
breviter explicanda sunt de hac materia. Sunt
autem tria.

Primum, Quid requiratur ad prædictam
Denuntiationem constituendam?

Secundum, A deontatus nominatim in uno loco sit alibi vitandus?

Tertium, Quidnam præstabit certitudinem
moralem, te esse Excommunicatum, vel de-
nuntiatum, vel absolutum, ut scilicet quis ti-
bi debeat, vel non debeat communicationem
denegare?

§. I.

Quid requiratur ad predictam Denuntiationem legitime expedientiam?

1. **V**T sit quis Excommunicatus , ac nominatum denuntiatus, non est satis sen-

tentia Judicis, per quam aliquis Excommunicatur, nec sufficit ejusmodi Judicis sententia per quam declaratur quis commissi delictum cui est annexa Excommunicatione, sed debet infra super à Judge fieri denuntiato, seu declaratio, seu publicatio, quod is de quo agitur, inveniret jam de facto in Excommunicationem. Quæ publicatio fit; ut ab omnibus scatur, quis ille sit, qui vitandus erit, tum, ut ipse denuntiatus rubore suffundatur, & ad resipiscientiam exciteretur.

2. Quando igitur ad ejusmodi Denunciationem est deveniendum, debet procedere monitio partis, secus, regulariter, erit iusta, & invalida, deinde debebit à Judice per suum Notarium fieri de more scriptura continens nomen proprium, & cognomen Excommunicati, veltalia signa, ut de eo individuo omnibus constet, & conuntes a causam, propter quam is sit Excommunicatus; ac denique ejusmodi scriptura affigenda erit in loco publico, ut solet communiter fieri; nam iuncta talis certa, individuaque persona Excommunicata, erit nominatim denunciata, arque ab omnibus vitanda. Prædictæ scriptiæ, quam Cedulones vocamus, non debet nisi ad picturam, per quam appareat Excommunicatus inter Dæmones, monet Pius Q. ntus. Et in sententia anathematis non debet adhiberi duodecim Sacerdotes, circumstantes Ju dicem, tenentes in manu cereos accenos, quos in fine in terram projiciant, pedibusque conculcent, declaravit Sacra e Congrega cto.

3. Dixi (*regulari* *er*) quia in criminibus que ipso jure connexam habent Excommunicationem, & crimen simotorium, non necessario debere præcedere monitionem, seu citationem, docent non ignobiles ad Doctores. Ego sum Auctor Judicibus, ut semper eam premitant, tum ad tollendas lites, tum ad majorem securitatem validitatis sententiae.

4. Eosdem etiam admoneo, ut, si Reus
se Tribunalis sitar, crimen fateatur, satis-
factionemque offerat, omnino illum non
denuntient; tunc enim cum non potuerint e-
juste denunciare, quia totum negorum Ex-
communicationis, ejusque denuntiationis est
in medicinam contumacia Rei. Si ergo ipsi
illam deponit, injuste amplius vexaretur, si-
cui inusta excommunicetur de facto ille,
qui intimata est Excommunicatione ferenda, si

CAPUT III. § II.

se Ecclesiæ humiliter submittat, & pareat, &c.
5. Denique, si excommunicatio fuit à Superiori injustè lata in rei veritate, sed justè secundum allegata, & probata, reique veritas sciatur ab eo, cui Superior commitit, ut eam Excommunicationem denuntiet, an hic executor denuntiare valeat, legere poteris apud Doctores citatos à Leandro, a

§. II.

*An nominatum Denuntiatus in uno loco sit
alibi vitandus?*

1. His breviter explicatis, illud jam nunc quæramus, quod modo secundo loco proposuimus. An scilicet excommunicatus denuntiatus in uno loco v. g. Neapoli, sit hic Panormi, & ubique vitandus? Suppono autem solum in uno loco tuisce denuntiationum. Nam cæterum, quando Episcopus, qui aliquem Excommunicavit, denuntiavitque, requirit alios Episcopos vicinos v. g. ut etiam ipsi cumdem denuntient (quam quidem denuntiationem facere hi Episcopi possunt in suis Diœcesis sine necessitate recognoscendi processum, & Justitiam sententia ab alio Episcopo data, sed illam Justitiam supponendo, nisi forte in justam fuisse denuntiationem illam, appareat) & ipsi Vicini Episcopi de facto illum alibi, putari in suis Diœcesis denuntient, ibidem deberi ipsum vitari; dubium ne sit, quia jam etiam ibi denuntiatus est. Porro allatæ questioni sequens satisfaciens enarratio.

Pramittitur occasio scribendi in utramque partem circa questionem institutio propositam, ubi incidit questio nula de Examinateore Synodali per nomen appellativum designato.

2. Vacabat ob Parochi obitum in Diœcesi Monteregalensi animarum cura officium Beneficium, ab Archiepiscopo DD. Joanne Torrisiglio ad Competitorum certamen de more providendum. Promulgatis ergo consuetis editis, dies affuit, quo examen accursum expeditetur, ad quam expeditiorem obeundam, cum ex Examinatoribus Trident. c. Synodalibus tres eligere juxta b. Trident. de Ref. berent, Archiepiscopus me, qui per eos dies Tamburinus de Sacramentis,

Collegio Monteregalensi, sanc immorit, præteram, tanquam unum ex Examinatoribus per nuntium admonuit, ut condicto loco, id est, in Aula adiun Archiepiscopi cum cæteris duobus convenirent. Præsto affui, sed modeste dixi, Quamvis Rector Collegij Montis Regalensis sit in Synodo Examinator Synodalis electus, tamen, quia sub nomine appellativo Rectoris, ibi is nominatur, non pauci vero DD. a merito contendant, id illegitimè fieri, dixi (inquam) me ab eiusmodi munere examinandi esse omnino subtrahendum.

3. Confirmabam. Concilium enim Tridentinum non obscurè suæ mentis esse, significat, à consensu Patrum in Synodo confirmatum, non sub nomine Appellativo, sed profectò sub nomine proprio Examinatores esse designandos. Quid enim, si Rector, Prior, Canonicus pro futuro tempore existentes, indocti, nec ad examinandum idonei reperiantur? Examinatores (sunt verba b. Tridentini) in Diœcesana Synodo proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Hæc Concilium. Nulla autem ratione satisfacere quis, & approbari legitimè, idque ad tam difficile, arduumque munus, valebit, si prorsus ejus doctrina, motum probitas, Ecclesiæque debita fidesignoretur, ut ignoratur certè futorum omnium successorum aptitudinis corum accipere jam satis potest.

4. At cognita erit (inquires) à Prælatis, vel Superioribus, qui eos in illis dignitatibus, sedibus constituent: unde scilicet Synodus præsens documentum aptitudinis eorum accipere jam satis potest.

Audio. Sed hoc pacto ii non cognoscuntur immediate à Synodo, quam immediatam eorum cognitionem requirere videtur Tridentinum. Præterea à futuris ipsis Superioribus vix aliquando habebitur doctrinæratio, simul, & probitatis, similiisque conditionum, quæ pro Examinatoribus requiruntur; siquidem ad gubernandum, vel Canonicum, simileque dignitates concedendas, diversa proflus merita considerant solent, ab ijs, quæ in Examinatoribus exigunt omnino debent.

5. Confirmabam iterum, nam Garsias ex pluribus Roræ decisionibus probat, designationes has sub nomine Dignitatis, posse quidem comprehendere existentes tempore Synodi in ea dignitate, quippe iam determinata.

a Gars. Ca-
strop. &
Doctoris
Roræ mox
citare. qui-
bus addo
Castr. I.
2. d. 3. de
Benef. p.
§. 3 n. 8.
Thom.
Hurt. resol.
moral. p. 2.
tr 12. c. 1. n.
67. citans
Fellineo.
Maffobr.
Salgad.
Barbosam,
dicensque
sic servari
Rome Dia-
nam p. 11.
er. 6. ref. 33.
b Trid. l.c.

c Gars. af-
ferens Do-
ctores Roræ
p. p. de Be-
nef. c. 2.
n. 339.